

A.D. 1259. ⓪
 Signum $\frac{1}{1}$. Constat autem universis et singulis, electum
 et fratres ejus hujus factionis auctores extitisse.

De morte Blanchiæ Francorum reginæ.

Death of
 queen
 Blanche,
 1 Dec.

f. 268 b.

Her burial
 at Pout-
 oise.

Circa idem quoque tempus, videlicet prima Dominica
 Adventus Dominici, prima die mensis, obiit dominarum
 sæcularium domina Blanchia Francorum regis mater,
 Franciæ quoque custos, tutrix, et regina, ut adventanti
 Domino nostro Jesu Christo devota sua occurreret
 ancilla veneranter. Cujus mortem Francis lugubrem
 ac dampnosam dolor multiplex anticipavit, mariti sui
 scilicet regis Ludowici mors, suæ gratissimæ juventutis
 preemptiva, regni Francorum sibi incumbentis non
 minima sollicitudo, filii sui ægrotativa teneritudo, ejus-
 dem crucis signatio, et postea ipsius peregrinatio irre-
 ditura; deinde, captio toti Christianitati deploranda;
 item, Roberti comitis Atrabatensi[s] probrosa fuga,
 quam sequebatur flebilis submersio; comitis insuper
 Pictavensis Andefulsi morbus incurabilis; postremo,
 quod relatum est ei, quod filius ejus primogenitus, rex
 scilicet Francorum, Deo militaturus in Terra Sancta
 proposuit ibidem omnibus diebus vitæ suæ morari et
 mori, pro regnoque terreno cæleste felici commercio
 commutare. Nobilissima igitur d[omi]n[us] Matthæi Parisiensis, monachi S.
 1259 / ed. by Henry Richards L
 torum Blanchia, suis orbata pi-
 languit desolata. Vidensque mortem imminere, corpus
 suum legavit ad sepeliendum domui sanctimonialium
 apud Pontoise, quam ipsa a fundamentis magnifice
 construxerat. Facta¹ est autem sanctimonialis professa
 velata ante mortem, et supra velum apposita est co-
 rona, et vestita est reginaliter, et sic sepulta est, ut
 decuit, redimita. Magnanima igitur Blanchia, sexu
 femina, consilio mascula, Semirami merito comparanda,
 valedicens sæculo, regnum Francorum omni solatio
 reliquit destitutum.

¹ Facta . . . redimita] In the margin.